



Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Hieraci Presbytero. 53.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

mámque ipse suam aspernetur? Ac proinde, ne hæc contingant, sacerdotium diuinam quandam rem esse existimemus: eos autem, qui indignè illud obeunt, lachrymis prosequamur, nec eorum errata, ei cui vindicta debetur, ascribamus.

Hieraci Presbytero. 53.

Mulieres eæ, quæ muliebres morbos occultare nequeunt, si formosæ sunt atque opibus circumfluunt, splendidis ac summi pretij lapillis auro intextis gloriatur: si autem deformes & inopes, fucis quibusdam & oculorum pigmentis, ascititiam pulchritudinem comminiscuntur. Quæ autem honestatis ac pudicitia existimationem habere cupiunt, naturæ quidem pulchritudine contentæ sunt: eam autem in melius excolere non repudiant. At verò eæ, quæ verè pudicæ sunt, in animæ cura studium omne suum positum habentes, corpus quidem, vt animæ organum, mediocriter curare minimè defugiunt: at ipsum exornare ac delinire haudquaquam dignantur (ne quod natura feruum est, aduersus animam, cui principatus attributus est, impudenter insurgat) verùm illud ordinem suum agnoscere docent, nec libidinis igniculum ac materiã, tanquam escam, proponunt. Quin potius ignis huiusce materias, quoad eius fieri potest, eximunt. Quo in genere, commemorandam, ac memoria dignam historiam à quodam viro minimè mendaci accipi: quam etiam vxori tuæ narrare operæpretium esse existimaui. Cùm aliquando iuuenis quidam ad libidinem propensus, ac mulierum seruus, pulcherrimam virginem conspexisset, eiusque amore captus fuisset, atque, quò cupiditate sua fruere, nullam non machinam mouisset, illa principij quidem eius postulatam repudiavit. Nam & nobilis, & casta erat, seque & animum & corpus ab omni libidine intactum seruaturam esse Christo promiserat. Vt autem certior facta est, cum propterea furore ac rabie præcipitem agi, rationem excogitauit, per quam & pudici-

περὶ χυμῶν δακρύωμεν, καὶ τὰ τέτων πηγάσματα τῆ σκεδικηθῆναι ὀφειλοῦσθ' ἑπιγέφωμι.

Ἱερακὶ πρεσβυτέρῳ. μγ.

τῶν γυναικῶν αἱ μὲν μὴ καρτεροῦσαι κρύψαι τὰς γυναικείας νόσους, εἰ μὲν εὐμορφοὶ εἴεν, καὶ πλούτω κομῶσαι, λίθων πηλαφειάτων αὐγαῖς πρὸς χροῖον κεκραμύνας ἐναβρύνονται. εἰ δὲ χεῖρ δὲ μορφοὶ καὶ πενιχραὶ, χέισμασι καὶ ὑπογραφαῖς ὀφθαλμοῖς τὸ ἑπίτηκτον σφίζονται χέλλος. αἱ δὲ σεμνότητος δόξαν ἔχειν βεβλόμεναι, τῷ αὐτοφύει μὲν ἀρκοῦνται χέλλαι, ἀσκέειν δ' αὐτὸ ἐπὶ τὸ βέλπον οὐ ὀφθαλμοῦται. αἱ δ' ὄντως σόφρονες περὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν πᾶσαι πρὸς τὴν ἔχυσαν, θεραπεύειν ἔχουσα μὲν μετρίως τὸ σῶμα ὡς ὄργανον τῆς ψυχῆς ἐπαρκοῦνται, κοσμεῖν δ' αὐτὸ καὶ ἐναβρύνειν, ἔκστασι οἰοῦσιν, ἵνα μὴ φύσ' δούλον ὑπάρχον, τῆς τὴν ἡγεμονίαν ἐμπεισιτευμένης ψυχῆς ἐκταθροσύνηται, ἀλλὰ παιδεύουσιν αὐτὸ τὴν οἰκείαν ἐπιγνώσκων τάξιν, ἔδ' ὑπέκκαυμα καὶ ἀσελγείας ὑποθεσιν αὐτὸ κατὰ τὸ δέλεαρ πρὸς τὴν εἰσιν. ἀλλὰ καὶ τὰς τῆ πυρὸς τῆς ὡς ἐνδέχεται, ὑπεξείρσιν ὕλας. ἤκουσα τοίνυν παρὰ πινος φιλαλήθους ἀνδρὸς διήγημα λόγου χαμνήμου ἄξιον, ὃ καὶ τῆ σῆ γυναικὶ διηλῶσαι ἐδιχάωσα. ὅτι ποτὲ νεανίσκος καταφερῆς καὶ γυναικοδούλος ἐσραχότος εὐειδιστοῦ παρθένου, καὶ κατακράτος ἀλόγους, καὶ πάσαν μηχανὴν κεκμηκότος ὡς ἔπολαῦσαι τῆς ἐπιθυμίας, ἐκείνη παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀπηγόρευσε. ἠντὶ γὰρ καὶ εὐγενῆς, καὶ σώφρων, καὶ ἀνέπαφον καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα διατηρεῖν τῷ Χριστῷ ἐπιχελεμένη. ὡς δ' ἤκουσε αὐτὸν τὰ μενοειδῶν δρῶντα καὶ λυσιπῶντα, εὖρε μηχανὴν, δι' ἧς καὶ αὐτὴ ἀλέ-

αίεταμος ἄσπιρηθίν, καί κείνῃ σέση
 τὸ πῦρ. Σποκλεαμένη γάρ, μάλλον δὲ
 πᾶσαν τῆς τριχῶν ξυρήσασα τὴν εὐ-
 κοσίαν, καὶ ποδῶ ὑδαπὶ μεμυγμένη
 τὸ πρῶτον χεῖρασα, σκέλευσεν
 σκῆνον πρὸς αὐτὴν εἰσελθεῖν. εἶτα
 εἰσελθόντι ἔφη. ταύτης τῆς ἀκοσίας
 ἔρασι δὲ ὡσπερ σκμασίας ἀνεγκών,
 ἢ μόνον ἔσβεσε τῆς ὀπιθμίας τὸ πῦρ,
 ἀλλὰ καὶ σφροσύνης γέρονε θερμὸς
 ἔρασις. συμβεβληέται τοίνυν καὶ αὐ-
 τὸς. ἀμεινον γὰρ τῆς μελλόντων κε-
 κῶν σποκροπὴν εὐραῖν, ἢ τῆς ἴδῃ γε-
 γνημῶν δίκην λαβεῖν. μὴ κόσμῳ ἐ-
 πεισάκτω χρῆσθαι. μηδὲ τῶ πρὸς τῶ
 ἐμφύτῳ, τὴν σπὸ τῆ κελλωπισμοῦ
 πρῶτον ἔλασιν, ἵνα μὴ πτωμάτων
 ἐξασίαν πρῶτον γένωνται.

Ἀπολλωνίῳ. νδ.

Ὡσπερ οἱ Ἀπόστολοι ἀνδρεία καὶ με-
 γαλοφυγία φραξάμενοι, καὶ τῇ θεῷ
 συμμαχία θωρακισθέντες, ποσούτοις
 πολέμοις σὺρραγέντες ἀρκούσαν εἶχον
 παρὰ κλησιν τὴν τῆς ἀγῶνων ὑπο-
 θεσιν. ἢ γὰρ ὑπὸ οἰκείας, ἀλλ' ὑπὸ
 τῆς δεσποτικῆς δόξης ἔπαχον, ἀπὸ
 ἔπαχον. διὸ ἔδδ φθόνος ὁ τοῖς ἀγαθοῖς
 αἰετῶν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἡδίσκησεν, οὕτω καὶ
 ἡμεῖς ὅταν μὴ δι' οἰκείαν σκαμῶτητα,
 ἀλλὰ διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δι-
 κροσύνην πάχωμεν, ἀλύειν σὺν ἡ-
 φίλοις ἀρκῶν γὰρ ἡμῖν πρὸς κόσ-
 μον, καὶ πρὸς τῆς μελλόντων σφάνων,
 ἢ τῆς ἀγῶνων ὑποθέσεις.

Ὡφελίῳ γραμματικῶ. νε.

Χρῆ, ὦ φίλε, καὶ πρὸς πολέμους ἰκα-
 τείωντας ἀπένδεσθαι. ὁ γὰρ μὴ σπενδὸ-
 μένος, ἀλλ' ἀνθρώπος ἰκέτας τὰς τῆς
 ἀνάγκης ἀφιέντας φωνάς, καὶ μηκέτι
 σκ τῆ ἴσθ μαχρῶδους τιμωροῦ μένος,
 καὶ μήτε οἰκτῶ καταιδέσας τὸν θυ-
 μόν, μήτε ἡπὶ τὸ τῆς φύσεως χωρήσας
 συγγές τε καὶ οἰκείον, καὶ τὸ τῆς νίκης
 ἀφθερεῖ καλόν, καὶ παρὰ πάντων, ὡς

tiam suam incolumem retineret, & ipsius
 ignem extingueret. Attonso enim, vel, vt
 rectius loquar, abrafo vniuerso crinium
 suorum ornatu & elegancia, faciēque sua
 cinere aqua permixto delibuta, eum ad se
 acciuit: eique, cū ingressus esset, dixit:
 Tūne hanc deformitatem amas? Ille verò
 tanquam ex furore reuocatus, non modò
 libidinis ignem extinxit, verūm etiam in-
 genti postea castitatis amore flagrauit. Ita-
 que ipse quoque admonetur (præstat enim
 futurorum malorum auersionem inuenire
 quàm eorum, quæ iam acciderint, suppli-
 cium sumere) ascititio ornatu minimè vtī,
 nec igni vi naturæ insito fuci ac præposte-
 ri ornamenti materiam adiungere, ne gra-
 uissimorum lapsuum causæ sint.

Apollonio. 54.

Quemadmodum Apostoli, fortitudine
 animique magnitudine septi, diuinòque
 auxilio instructi atque armati, tot bellis
 exagitati, ex certaminum causa satis am-
 plam consolationem capiebant (non enim
 suæ, sed Dominicæ gloriæ causa ea patie-
 bantur, quæ patiebantur. Ac proinde nec
 liuor, qui proborum virorum successibus
 discrucari solet, eos læsit;) eodem modo
 nos quoque, cū non ob improbitatem
 nostram, sed pietatis ac iustitiæ causa ma-
 lo aliquo afficimur, animis consternati
 minimè debemus. Nobis enim, etiã ante
 futuras coronas, ipsa certaminum causa
 sufficit.

Ophelio Grammatico. 55.

Cum hostibus quoque supplicantibus,
 O amice, pacisci atque in gratiam redire
 oportet. Nam qui non paciscitur, verūm
 supplex homines, ac voces eas, quas ne-
 cessitas exprimit, emittentes, nec iam ex
 æquo pugnantēs vlcisitur, ac neque ira-
 cundiam misericordia comprimit, neque
 naturæ cognatione ac propinquitate mo-
 uetur, tum victoriæ laudem labefacta-
 bit, tum ab omnibus, vt immanis & effera

R. iij